

creatrix omnium dispensatoris^m dextera supremi multotiens multa format, que hominibus videntur informia et a rationis tramite aliena. Sed quoniam sua semper est potentia infinita, eius sapientie immensitas infinita et sue benignitatis est etiam bonitas infinita, omnia iuste facere censi debet, que sibi placuerit operari¹⁹.

Tertia est complexio, que utramque complectitur exornationem, et hanc scilicet conversionem et eam, quam antea exposuimus, scilicet repetitionem, et ut repetatur idem verbum sepius et crebro in principio et ad idem revertatur postremum²⁰, hoc modo: *Inter universos mundi populos et orbis innumeras nationesⁿ derisivis subsannationibus Romanus populus est spernendus. Quis enim sacri libertatem imperii violavit? Populus Romanorum. Quis servituti se vituperabiliter subiugavit? Populus Romanorum. Quis partes occidentalium maculavit? Populus Romanorum²¹.*

Quarta est traductio, que facit, (ut), cum idem verbum crebrius ponatur, non tamen offendat^p animum, sed etiam conciniorum orationem reddat²², hoc modo: *Comode providere proximum presertim sine proprio incomodo comodis proximorum non solum Christi karitas exhortatur, verum etiam ipsa suadet affectio naturalis. Item sic: Senex ille, qui verticem habebat respersum canis, sic consuevit latrare ut canis²³.*

Quinta est contentio, cum ex contrariis rebus oratio conficitur²⁴, hoc modo: *Ut Petrum exosum habeam, multiplex mihi ratio persudadet; sed illa me cogit causa potissime ac inducit ipsi salutis contrarium peroptare, quia in tristitie nubilo serenam gerit faciem et in sereno letitie nubilosam²⁵.*

m) *verbessert aus* dispensatoriis Hs.
Hs. p) offendit Hs.

n) animationes Hs.

o) subrogavit

19) Identisch mit Petrov S. 110* Nr. 221.

20) Vgl. Rhet. Her. IV 20; dort wird *crebro* sinnvoller auf *ad idem postremum revertamur* bezogen.

21) Identisch mit Hampe S. 105 f. Nr. 8: Tadel gegen die Römer.

22) Vgl. Rhet. Her. IV 20.

23) Der Auctor unterscheidet zwei Typen von traductio: 1. *cum idem verbum crebrius ponatur* (Rhet. Her. IV 20), 2. *cum idem verbum ponitur modo in hac, modo in altera re* (Rhet. Her. IV 21). Dem 2. Typ entspricht das 2. Beispiel bei Heinrich (canis), ohne daß er auf den Unterschied zu Typ 1 hinweist.

24) Vgl. Rhet. Her. IV 21.

25) Identisch mit Petrov S. 110* Nr. 223. Dort jedoch *Paulum* statt *Petrum*.